Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit christallum suam sicut buccellas: ante
faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet
uerbum suum et liquefaciet ea: flauit spiritus
eius. et fluent aque. Qui annunciat uer
bum suum iacob: iusticias et iudicia sua israhel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia
sua non manifestauit eis.
Laudate dominum de celis: laudate
eum in excelsis. Laudate eum omnes ange
li eius. laudate eum omnes uirtutes eius. Lau
date eum sol et luna: laudate eum omnes stelle
et lumen. Laudate eum celi celorum: et aque
que sup celos sunt: laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta sunt: ipse man
dauit et creata sunt. Statuit ea in seculum
et in seculum seculi: preceptum posuit et non
preteribit. Laudate dominum de terra: dra
cones et omnes abyssi. Ignis grando nix
glacies. spiritus procellarum: que faciunt
uerbum eius. Montes et omnes colles: lig